

mittuntur: Ac deinceps ad hunc modum; Et tenem alia proportionalitatem arithmetica  
 procreandi uia; Ponantur enim tres aequitermini; Constituatur q; primus primo ac  
 secundo aequus; Secundus primo ac duobus secundis; Tertius primo duobus secundis  
 & tertio; Ut sit tres unitates; sic primus primo ac secundo aequus; id est 1; secundus uero  
 primo ac duobus secundis; id est tres; Tertius autem primo duobus secundis & tertio; id est 111.

**H**ic igitur terminorum differentiam unitas teneat;

I	I	I
II	III	IIII

Inter binarium enim & unitatem atq; inter ternarium

& binarium unitas inter est; Nullus uero naturalis numerus inter mittitur;  
 post unitatem enim mox binarius est; ac post binarium ternarius naturaliter con  
 stitutus; Idem rursus binario fiat; Sineq; tres binari; & sic primus primo ac secundo  
 aequus; id est quaternarius; Secundus uero primo & duobus secundis; Idem senarius;  
 Tertius autem primo duobus secundis & tertio id est octonarius;

II	II	II
III	VI	VIII

**H**ic quoq; binarius tenet differentiam terminorum uno

inter eos naturaliter intermisso; Nam inter 111 ac 1111 quinarius naturaliter

inter sex atq; octo <sup>septuaginta</sup> collocatur; Quod si ternarius aequalitatis principium

fit fiet ternarius differentia unominus semper numeris intermissis; Atq; idem & in quat

nario quinarioq; conspicitur; & quatenus propter breuitatem tacemus; his dem regulis

ex semetipso diligens lector inueniet; Geometrica uero proportionalitas tunc quem

admodum inueniri ab aequalitate possit ostendimus; quando quem admodum ab aequa

litate omnis in aequalitate profluit monstrabamus; nisi tamen fastidium est; tunc

quoq; breuiter rependendum est; Constitutus enim tribus aequis terminis ponat primus

primus aequus; Secundus primo ac secundo; Tertius primo duobus secundis & tertio;

Idemq; fiat continuus; Atq; ita ex aequalitate geometrica proportionalitas princi

pium sumat; Sed de harum proportionum proprietatibus quam diligenter sime

in arithmetica diximus; Quod si ad haec illis instructus lector accedat; nullo dubi

tationis errore turbabitur; Armonica uero mediocris de qua nunc paulo lauius

tractandum est; hac ratione procreatur; Constituatur enim siquidem duplices

curamus effingere tribus aequis terminis positas; primus primo ac duobus secundis

aequalis; Secundus duobus primis & duobus secundis; Tertius semel primo bis

secundo & ter tertio; Atq; hoc modo sint unitates

I	I	I
I	II	IIII
I	III	VIIII